



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

9. An mulier quinquagenaria soluta sit ab obligatione ieunandi; & quamvis  
prædictæ ætatis ultimus annus inchoatus solummodo, non vero exactus,  
& mathematicè completus sit? Et an hoc non solum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

vel quinquagesimo incipit, quid mirum est si omnes sexagenarios appellemus fenes in interium tendentes, eosque à ieiunij lege excusemus; cuius obseruatio, & si praesenti statui non videatur grauiter obesse, obest tamen futuro, cui consulendum est: præterea concedamus non omnes feneſcere, at hexachimini frequenter contingere, leges autem non hunc, vel alium casum specialem sp. et int., sed communiter contingentia, leg. Nam ad ea ff. de legib. neque obest, quod consuetudine, autoritatèque Doctorum firmatum non sit sexagenarios à ieiunij lege solui, sicut firmatum est adolescentes terio septennio obligari: quia inde solum probatur horum obligationem esse certam, aliam incertam & dubiam, & sub opinione tantum positam.

3. Nota etiam contra amicissimum Patrem Bardi, quod dictus Palaus *loco citato*, adhaeret etiam nostra sententia, videlicet annum sexagésimum in isto casu sufficere eſſe incepturn, quod nouissime etiam docuit Ioannes de Soria in *Epilogo summarij part. 2. tract. 1. ieiunij disp. 2. §. Circa excusationem à ieiunio*, Leander de *praecpt. Eccles. tract. 5. disp. 8. num. 17.* Franciscus Brictius in *promptu Confess. part. 2. cap. 1. de ieiunio*, & *praecpt. Eccles. vbi* sic ait: [Chi fece voto di digiunare certi giorni dell'anno per tutta la vita, giunto alli 60, anni non è più tenuto, come non è tenuto per preccetto della Chiesa, che va del pari col voto.] Sic ille, Nota quod dixit, giunto alli 60, anni; ergo sufficit quod annus sexagésimus sit incepturn: quod vero dictus Author afferat id, quod etiam ego alibi docui *num. 9.* adolescentem vocationem vigilia alicuius sancti, vel feris sextis vita sua in perpetuum ieiunatur, deobligatum esse cum annum sexagésimum compleat, quia illud votum eodem modo intelligendum est, ac si absolute voulisset omnibus sextis feris ieiunare, illa particula vita sua, & in perpetuum non expressa; quia opus non erat exprimi, cum tacite inſit in voto abſolute, cuius obligatio perpetua est; argum. 1. *Conditiones, que exrinſecut, ff. de conditione, & demonstrat.* At votum ieiunandi omnibus sextis feris explicandum, & interpretandum est, sicuti *praecptum Ecclesiasticum ieiunij*, cum aliud ex intentione vocationis non constat. Ergo cum *praecptum Ecclesiasticum ieiunij sexagenarios non obliget*, neque etiam obligabit votum ieiunandi. Hæc inquam adeo non admittit Layman, vt nostram sententiam improbabilem putet, eo quod votum intelligendum sit instar *praecpti Ecclesiastici quoad modum, & formam ieiunandi*, non tamen quoad personas, si quidem ea, que nullo *praecerto Ecclesiastico astringuntur ad ieiunandum*, vt sunt adolescentes 1. minores voto obſtrigi possunt. Sic ergo censendi sunt Sexagenarii robusti se voluisse obſtrigere, cum votum ieiunandi abſolute emittunt, & maximè cum exprimunt toto vita sua tempore, vel in perpetuum. Verum his non obſtantibus non recedo à sententia, quam docui cum Sanchez, & aliis, & quam merito contra Layman nouissime tenet Pater Castrus Palaus *vbi supra*, nam ait: ille, ponimus adolescentem sic vocationem nihil de feneſtute cogitasse, neque expreſſe voluisse votum pro feneſtute tempore extendi, sed absolute proratum eſſe, quo in eventu certum est non obligare vocationem, quories ex eius obſervatione notabile corporis detrimentum imminet, vt ipfem Layman ibidem fateatur, ac consuetudo excusans sexagenarios etiam robustos à lege ieiunij, mititur pericolo moraliter certo gravis nocimenti, & diminutionis virium pro futuro tempore; ergo cessaſt eius obligatio; vnde in praesenti modus obligationis voti in perfornam refunditur, ac proinde instar *praecpti Ecclesiastici sexagenarios deobligare* videtur. Excessit igitur in sua censura Pater Layman, & nostra sententia est satis probabilis.

*Sup. hoc  
sup. in Ref. 5.  
§. 2. & inf. in  
Ref. seq. §.  
Nota tamen,  
& seq.*

*Alibi in Ref.  
præterita &  
in aliis eius  
primæ  
annor.*

*Sup. in Ref.  
præcedentis  
not.*

4. Sed hic discutiendum est dubium, de quo diebus, interrogatus fui, An si quis abſque causa in die ieiunij sumeret collationem ferotinam mane, & sero postea eoenet, peccet saltu venialiter?

Et negatiuum sententiam tenet Ioannes Sancius in *select. disp. 53. num. 2. vbi ita ait: Poterit tamen accipi refectio partu hora vndecima diei, abſque cauſa, prandium differendo ad noctem, immo ieiunium fore perfectius, & strictius reor. Quo enim tardius prandium prorogatur, eo est inedia productior & longior corporis afflictio; Quod sane est Legislatoris menti magis consentaneum; tolerabilius enim fortis aliquis angustiam famis per spatium vnginti quatuor horarum tractam, si comedat vñque ad saturatatem in medio temporis, quam si in tertia parte.*

5. Sed hanc sententiam puto non esse approbadam, nam esto dilatio prandij ad noctem ieiunij difficultatem augeat, & consuetudini antiquæ conformior sit, attamen sumptio collatiuncula meridianæ cum intatione postmodum prandendi, aliena est ab vñ & consuetudine Ecclesiæ, ac profinde sic antevrea abſque causa peccatum veniale inducit; Et ita hanc sententiam præter DD. à me alibi adductos, tenet me circa Martinus de San Ioseph in *men. Confess. tom. 1. h. 1. tract. 6 de ieiunio, num. 5.* sic aferens: [Hacer colacion por la mañana, ó a medio dia en dia de ayuno sin causa es pecado venial, y no mortal. Dixe fin cauſa, porque que si la ay, no sera pecado alguno romper la mañana la colacion, y la comida a viſperas, y la cauſa bastante la flaueza de estomago, ó la falta del sueño la noche, ó el caminar, estudiar, ó predicar.] Hæc ille. Vnde ex his ego olim consului quoddam viros nobiles potuisse abſque peccato veniali in diebus quadragesimalibus sumere collationem ferotinam mane, & sero comedere, quia volebant in illis diebus dare operam venationi, & ita in terminis docet Caleus Palaus *tom. 7. disputatio 3. panell. 2. §. 3. numero 6.* Posita (ait) honesta cauſa, qualis effet conſedetur, n̄egoriorum facilior expeditio, hospitium dimidio, vel recepcion, venatio, seu piftatio ciuium ob finem tantum animi relaxandi, & alia similes abſque villo peccato veniali poterit manere, vel in metidie has ref. ciuicula sumi prandio in noctem dilato. Sic Palaus, & ita dicendum puto, si quis vir nobilis animi relaxandi cauſa velleret in die ieiunij post prandium se exercere in Ludo pilæ, vel ut vulgo dicitur *gigante maglio.*

## RESOL. IX.

An mulier quinquagenaria soluta sit ab obligatione ieiunandi; & quamvis predicta etatis ultimus annus inchoatus solūmmodo, non vero exactus, & mathematici completus sit?

Et an hoc non solum procedat quod ieiunia Ecclesiæ, sed etiam a predictis in Religione pro Monachis? Idem procedit de obligatione ieiunij ex voto pro suo vita tempore, dummodo votum in masculis non fuerit consummum post annum 60. & in feminis post annum 50. Ex P. 9. tr. 7. & Msc. 2. Ref. 74. alias 73.

5.1. Sententiam affirmatiuam docet doctissimus *Narbona in Annalibus Iuris, ann. 60. n. 1. & 14.* vbi post multa ait: Ergo secundum defendi potest, nōdum sexagenarias feminas, verum etiam quinquagenarias à ieiunij vinculo, & obligatione in posterum extini, non aliter, atque sexaginta annorum homines libertati diximus. Quod in triusque sexus personis ab eo sum eft, vt quamvis predicta etatis ultimus annus inchoatus solūmmodo non verò exactus, & mathematici completus sit; predicta ieiunij excusatione vñ possit;

quis in favorabilibus annus incepitus habetur pro completo.] Ita ille : cui etiam videtur adhædere alius Iuris consulus Henricus Zoëlius in l.3. Decr. tit.46.n.10. Et hanc sententiam tamquam probabilem, admittit nouissime Machado de perf. Confess. to.1.l.2.p.4.tr.3. docum. 9. n.4. & P. Pellizzar. in tr. de Monial. c.6.n.25, qui addit, sed hoc non solum procedere quoad ieiunia Ecclesie, sed etiam a prescriptis à Religione : sic itaque ait : [Cùm Sanchez non improbabiliter afferat, feminas quinque annatas excusari etiam à ieiuniis communibus Ecdesie probabiliter item dici potest, Moniales quinque annatas excusari etiam à ieiuniis praescriptis in Regula Moniorum ex doctrina, quam tradit idem Sanc. l.4. mor. 11. n.34. nimur, atatem sexagenariam, sicut excusat viros à Precepto ieiunij, ita & excusare à voto ieiunij, cum talia vota non obligent aliter, quam Praecepta Ecclesiastica de ieiuniis rebus, (si tamen aliter non constet de intentione voluntis. Quod si hoc procedit obligatio ieiunij ex voto, à fortiori proceder de obligatio proueniente ex Professione religiosa ; & si admittitur de viris, admitti debet & de feminis : cum sit per ratio veritatis.] Hac Pellizzar. Et idem hanc sententiam tam feminis favorabilem, ego non audeo, tamquam improbabilem, damnare, ut ex Layman datur Alphonsum Leone de confess. recollect. 5. n.471. memor verborum Salomonis : *Non est ira super iram mulieris.* Id indicent alii, an sit probabilis, necne.

1. Nota tamen, doctrinam a Narbona, & Pellizzario super adductam de anno quinquagesimo quoad mulieres & de anno sexagesimo quoad viros, incepto tantum, & non completo, minime approbari à multis, & preferent à Patre Bardi in Bull. Crue p.2 tr.3.c.2 sicut 4. n.37. Quia (air ille) in Iure talis aetas non est determinata ; sed eius determinatio dependet ab hominum arbitrio, qui non excusat ante talem atatem à ieiunio. Et licet aliqui censeant sufficere annum sexagesimum incepsum, idque fundent in eo principio, videlicet, in favorabilibus annum inchoatum haberi pro completo, ut illos idem puto verum esse, quando in luce, vel isti arbitrio prudentius est praefixus terminus : at in causa nostra non est ita ; quia neque in Iure, neque communia hominum iudicio habemus tempus determinatum, in quo fideles à ieiuniis Ecclesie eximantur ; sed, ut vidimus, in assignatione huius temporis diversae sunt Authorum opiniones : proinde illa sententia, qua affertur, qui attingit sexagesimum annum, non tenetur ad ieiunium, mouetur, quia in tali aetate existimant insipere virum defecuum. Altera vero opinio, quae non ponit hanc exemptionem, nisi usque ad septuagesimum annum, dicitur ad hoc, quod indicat, usque ad talem aetatem esse sufficientes vires : & in hac re discurrendum sufficiunt in qualitate requisita ad furtum mortale, nam illa materialia notabilem furti existimant quinque, alij sex, agentes, &c. & non in minori quantitate ; & consequenter docent, si ex determinata quantitate ad furtum mortale unum obolum deficiat, materialia illam non esse notabilem, sufficientem ad culpam grauem : sedam protus modo est ratiocinandum in casu nostro. Ergo, &c.

3. At, his non obstantibus, puto, probabiliter aliquos afferre, annum sexagesimum sufficere esse inchoatum, ut quis à ieiunio liberetur : & ita, præter Narbonam, me citato, ubi supra, n.15. teneri vterque Sanch. Medina, Trullench. Parifus, quos adducit Bardi n.14. quibus adde, me citato Pasqualigù in praxi de ieiunio, de. 13. Et me citato, Alphonsum de Leone tr. de confess. recollect. 1. n.472. Et ratio est : quia in favorabilibus annus inchoatus habetur pro completo, ut colliguntur ex l. Qua aetate ff. de testam. Et Glos. ibi, ver. Dies ergo, loquens de die, ait, diem incepturn haberi pro completo. Et confirmari potest à pari : nam in promotione ad facios Ordines sauis est, quod promouendus, v. gr. ad Tgn. IV.

Presbyteratum, attigerit vigesimum quintum agnum, sicut etiam ad contrahendum matrimonium sufficit in masculo decimus quartus annus incepitus, in femina duodecimus pariter inchoatus, vt Doctores communiter testantur. Adde doctrinam Patris Lezzapæ in Sam. qq. Regul. tom. 1. ver. Annus, n.7. & aliorum afferentium, quod in dubio in favorabilibus sufficit annus inchoatus. Nec obstat dicere cum P. Bardi, quod hoc procederet, quando omnes Doctores conuenient, annum sexagesimum excusare à ieiunio ; quod non est verum, nam doctores, qui illud docent, recte infundunt, sufficere annum sexagesimum incepturn. Non nego tamen, sententiam Patris Bardi esse satis probabilem. Nota etiam hic obstat cum Escobar in Theolog. mor. 1. exam. 13. cap. n.104. cum, qui voulit ieiunare toto vita. Sup. hoc latente, post annum sexagesimum non teneri amplius tē sup. in ieiunare : quia, cum cessat obligatio ieiunij, cessat obligatio voti, & vita senis ad ieiunium laborem, quæ 60. anno terminantur. Dummodo, vt, me citato, optimè obseruat Narbona ubi supra, n.9. votum non fuerit emisum post annum 60. sed anteā : quia in tali casu cum eo impedimento se obligavit. Ergo tenentur ad ieiunium. Vide Tambur. de iur. Abbat. tom. 2. disp. 12. q.5. ro, ad lin. c. num. 7.

## R E S O L . X.

An pregnantes, & lactentes teneantur ad ieiunium, maxime si sint robustæ, & virilis naturæ ?  
Et an in dubio teneantur ad supradictum ieiunium? Ex p. 1. tract. 9. Ref. sol. 14.

§. 1. **N**on teneri responder Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 6. Sup. hoc in n.39. Vegha in sum. tom. 1. c. 14. cap. 22. Valenia to. 3. disp. 9. q. 2. punct. 2. Graffius p. 1. l. 2. c. 37. num. 44. Toletus 1. 6. c. 4. n. 3. Azor. 10. 1. l. 7. cap. 17. q. 6. Tannerus in 2. 2. disp. 3. q. 3. dub. 5. num. 100. Sylvius in 2. 2. D. Th. 9. 147. art. 4. Villalobos in sum. to. 1. tr. 2. 3. diff. 4. n. 2. Fillicius to. 2. tr. 27. p. 2. c. 6. n. 114. Azor. p. 1. l. 7. c. 28. q. 6. Ioan. de la Cruz, in direct. conf. p. 1. praecept. 3. art. 4. dub. 9. concl. 2. & alii.

2. Sed limitant hanc sententiam Sylvest. verb. ie. ieiunium, q. 9. vers. 5. Philarch. de offic. Sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 25. Jacob. de Graffis, to. 1. p. 1. l. 2. c. 37. n. 44. nisi dicte mulieres essent robustæ, & vnica refectio posset scipias, & fecund sustentare.

3. Sed, quia tales mulieres communiter non sunt tam robustæ naturæ, vt vnica refectio tantum alimentum sumere possint, vt pro se, & prole sufficiat, & omnis lex adaptatur ad ea, que frequenter accidere solent ; ideo non refert, si aliquae sint robustæ, & virilis naturæ, vt tradit ex nostris Molfesius in sum. tom. 1. tr. 10. c. 4. n. 40. & Reginald. in praxi, tom. 1. l. 4. c. 17. n. 210.

4. Adde, quod in dubio non tenentur ad ieiunium, vt notat Fagund. Præcept. 4. l. 1. c. 8. n. 14. Caiet. in 2. 2. q. 147. art. 4. & omnes DD. suprà citati. Deinde, tales mulieres appetunt sàpè vehementer aliqua, & nisi desiderio suo satisfaciant, periculum est, ne fetus proiciatur ; & idem Confessarij fine scrupulo supradictas prægñantes, & lactentes excusabunt à lege ieiunij.

## R E S O L . XI.

An pregnantes, & lactentes non solum deobligantur à ieiunio quod vnam comestionem, sed etiam quod esum carnium, & ouorum, etiam si sint robustæ, & valida ?  
Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 126.

§. 1. **P**otest sapientia supradictas in die ieiunij comedere, re docent communiter Doctores, quos ego ipse

citauit  
S. 2